

Serenissime ac Potentissime Rex
Domine Domine Clementissime

89

A. 14.

*I*am tertium lustrum exilij mei, ex quo consilium et fortunam Majesta-
tis Vestrae, sum secutus, dum numero, nec dum spem videndae Pa-
triae, aut modum trahendae vitae meae praevideo, cum auxiliarius nibi-
lo differens ab Hoste, omnem aditum mihi praecloserit, ultimum obo-
lum ex redditibus interdixerit, minimam buccellam panis pro alimen-
tatione mea ademerit, quod satis abunde Majestati Vrae Generosus
Adamus Kosciuszko Supremus Capitaneus Selburgensis ablega-
tus meus iam remonstraverit, pro remedijsq; Mts Vrae nomine meo
quam demississime supplicaverit. At nunquam calamitas sola. Illu-
strissimus Episcopus Livoniae, Episcopatum Curoniensem volens sibi
appropriare, quem factis primevis, Subjectionis implicitè & explicitè
Divaus Sigismundus Augustus pro meritis Antecessorum meorum
in Republicam, cum reliqua Curonia in seculum concessit, Divus

Stephanus Sigismundus Tertius, Vladislaus Quartus, Joannes Casimirus, Michael Primus, Joannes Tertius Divi S^ci R^e M^{ts} Vestrae Praedecessores in omnibus investituris fideliter exequi legem promiserunt, tractatus, acta foedera, cum externis Principibus, ratione districtus Piltensis in Stabiliverunt, iusq^{ue} suum quod situm per Constitutiones Regia responsa diplomata corroboraverunt. Haec omnia tot Regum auctoritate, dem et juramenta, temporis praescriptum, volens infringere cassare, et annihilare, in jus me, Nobilitatemq^{ue} Piltensem vocavit, diemq^{ue} dixit. Et tu quidem temporis, tum in eo statu sim, ut neq^{ue} egredi neq^{ue} progredi v^{er}am, cum hospes domi pro Patrefamilias se gerat, cum omnia Archi Acta documenta, inscriptiones transactiones per Svecos intercepta hucusq^{ue} Riga detineant^{ur}, alia Regiomonto non extradant^{ur}, cum non v^{er} non impensa itineraria et litis omnibus proventibus aut ademptis aclusis suppetant. Supplex itaq^{ue} pedibus M^{ts} Vrae me provolvens precor ne haec legitima exceptio mea, sit mihi apud M^{tem} Vram dam^{na} injuria, neq^{ue} a tot Regibus Divis Antecessoribus M^{ts} Vrae jura me in districtu Piltensem, stabilita et conservata irrita fiant sed ut ad catoria Reipca tempora, disjudicatio haec clementissime reservet^{ur}. Solennissime M^{tem} Vram exoro, pro qua Regia justitia innixa M^{ts} sua clementia, semper me fidelem Vasallum fore promittens et a pedes Majestatis Vrae, me provolvens, diviturnum felixq^{ue} Regnu^m M^{ts} Vrae apprecor & existo.

Sacrae Regiae Majestatis Vrae

Fideles Servus

Ferdinandus
Dux Carant

92'

Alce curvicauda

